



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XV. Gregorii Papae I. Ad Scholasticvm Dvcem Campaniae. De
episcopo in Neapoli eligendo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

Mense Decembri, indictione undecima.

EPISTOLA XV.

GREGORII PAPÆ I.

AD SCHOLASTICVM DVCEM CAMPANIÆ.

De episcopo in Neapoli eligendo.

Gregorius Scholastico duci Campaniae.

*ad. refe-
nationis

DVM de Neapolitanæ ciuitatis cura destitutæ sacerdotis solatio vehementius angeremur, superuenientes præsentium latores cum decreto in Florentium subdiaconum nostrum confecto, aliquid nobis in tanto cogitationum pondere * reuelationis innuerant. Sed dum præfatus subdiaconus noster refugiens ciuitatem ipsam, ordinacionem suam lacrymabiliter euafisset, quasi ex maiori quadam desperatione nostram cognoscite creuisse mœstiam. Atque ideo salutantes hortamur magnitudinem vestram, ut conuocantes priores, vel populum ciuitatis, de electione alterius cogitetis, qui dignus possit cum Christi solatio ad sacerdotium promoueri. In quo decreto solenniter facto, atque ad hanc urbem transmisso, ordinatio illic tandem Christo auxiliante proueniat. Sin autem aptam non inuenietis in quam possitis consentire personam, saltet tres viros rectos ac sapientes eligite, quos ad hanc urbem generalitatis vice mittatis, quorum & iudicio plebs tota consentiat. Forsitan huc venientes, præstante Dei misericordia, talem reperient, qui vobis antistes irreprehensibiliter ordinetur, quatenus destitutæ ciuitati vestræ nec intrinsecus actuum suorum desit inspectio, nec extrinsecus, adhibita solitudine sacerdotis, hostilibus aditus præstetur insidiis.

EPISTOLA XVI.

GREGORII PAPÆ I.

AD PETRVM EPISCOPVM DE VIBICIS.

Valerianum presbyterum commendat.

Gregorius Petro episcopo de Vibicis.

LICET fraternitatem tuam piis de causis non dubitemus sponte impendere, verum tamen quia proniorem eam

Concil. Tom. 13.

O o ij